


subverteretur. At in casu nostro voluntas duobus aut tribus testibus probari poterit, quia est speciale ob necessitatem, & impedimentum, & perfectionem voluntatis;

& regulariter ad probationem cuiusvis rei duorum testium numerus tantum requiritur. Et hæc pro hoc capite sufficiunt.



subverteretur. At in casu nostro voluntas duobus aut tribus testibus probari poterit, quia est speciale ob necessitatem, & impedimentum, & perfectionem voluntatis; & regulariter ad probationem cuiusvis rei duorum testium numerus tantum requiritur. Et hæc pro hoc capite sufficiunt.

tatis; & regulariter ad probationem cuiusvis rei duorum testium numerus tantum requiritur. Et hæc pro hoc capite sufficiunt.



CAPUT XXIII.

DE TESTAMENTO COEPTO ET NON completo ob impedimentum, utrum voluntas testatoris, & dispositio illius sufficienter probetur ex depositione notarij, qui conscribere coepit testamentum, & unus tantum testis, & an notarius duorum testium numero reputetur, & qua fides detur notario asserenti testatorem habuisse testamentum pro imperfecto, & quid si cum notario unicus tantum fuit testis tempore condendi testamentum, qui testis fuit cæcus, mulier, monachus, aut impubes.

SUMMARIUM.

QVÆSTIO proponitur disputanda. 1. Notario attestanti de sana mente testatoris non creditur. 2. Notario dicenti testamentum habuisse testatorem pro imperfecto non creditur. 3. Tabellio testium numero computatur. 5. Tabellio supplet numerum duorum testium. 6. Testamentum nuncupativum potest fieri coram duobus testi-

bus, & notario publico. 7. Tabellio testium numero computatur, cum agitur de probando testamentum per testes, non quando probatur per scripturam. 8. Sanitas mentis non percipitur visu sed ratione. 10. Sana mens testatoris probatur ex assertionem notarij in testamento. 11. Notario dicenti testamentum habuisse testatorem pro imperfecto non creditur si solus sit. 12.



Cæcus non potest esse testis in testamento. 13. Limitatur si cognoscebat testatorem. 14.

Et si sit consanguineus, amicus, vel vicinus. 15. Et in testamētis privilegiatis in quibus dispensatur solemnitas. 16.

Præsentia testatoris requiritur ad valorem testamētis. 17. Limitatur in testamētis privilegiatis. 18.

Cæcus deponere potest de eo quod vidit ante cæcitatem. 19.

Cæcus si omnino non est testis potest esse in testamento. 20.

Fœmina testis esse potest in testamento sustinendo propter perfectionem voluntatis, & superveniens impedimentum. 21.

Monachus testis idoneus est in testamento, & Clericus. 22.

Impubes non potest esse testis in testamento. 23.

Testium conditio tempore testamenti condendi inspicienda est. 24.

Quæstio resolvitur. 25.

**S**upposita resolutione, de qua capite antecedenti, scilicet probari posse perfectionem voluntatis, & testantis dispositionem duobus vel tribus testibus, in casu quo ob impedimen-

tum testator non perfecit testamentum, & sic probatam voluntatem, & dispositionem tanquam testamentum nuncupativum posse sustineri. Sequitur nunc quæstionem contingentem examinare: quid ergo erit, si testator cœpit facere testamentum coram tabellione, & tunc temporis vnicus tantum testis erat præsens, repente autem dicto hæredis nomine, & scripta institutionis clausula, vel incepta scribere declarato tamen hæredis nomine vita testator functus est.

2 Et quod huiusmodi testamentum non possit sustineri ex depositione notarij, & alterius testis videtur probari ex eo, quod circa substantiã testamenti notarius testis idoneus non est, quia agitur de sustinendo suo actu, ad quem ipse vocatus fuit, ut notario attestanti de sana mente testatis, cui dicto minimè creditur. Iason in l. Seniũ n. 2. C. qui test. fac. poss. Bald. in l. 2. ff. de testam. Alexander conf. 139. n. 10. vol. 1. & conf. 86. n. 16. vol. 2. Boerius decis. 23. numer. 73. Gamma decis. 98. num. 1. in fine Ripoll. variar. cap. 13. num. 557. Cancerius

variar. lib. 1. cap. 4. n. 140. Mantica de coniectur. vltim. volunt. lib. 2. tit. 6. num. 17. vbi alios refert. Franciscus in fragmentis verbo furor num. 275. Castillo lib. 4. controversiar. cap. 28. num. 41. & 42. & lib. 5. cap. 72. Marta de success. legal. tom. 2. part. 4. quæst. 1. art. 2. num. 6. Et similiter notario dicenti testamentum habuisse testatorem pro imperfecto non creditur. Ruinus conf. 1. num. 22. volum. 2. Rota in decis. 173. nu. 5. ad fin. part. 2. Stephanus Gratianus disceptat. forens. to. 3. cap. 550. num. 43. & num. 43. & num. 54. Ergo à contrario ex depositione notarij non probabitur testamētum perfectum.

4 Sed his minimè obstantibus, quod in hoc casu ex depositione notarij, & alterius testis probari possit voluntatis perfectio, & testantis dispositio, & sic probata, ut testamentum nuncupativum possit sustineri ex dispositione nostræ legis si quis cum testamentum. 25. ff. de testamentis, ob impedimentum superveniens supplendo hoc in casu iuris solemnitates, ut certum teneo, & probatur, quia tabellio testium numero computatur. l. Domitius Labeo, ff.

de testamentis, vbi notat Accursius verbo adhibitus, l. hac consultissima. §. at cum humana vers. sed quia tabulariorum. Et ibi Glossa verbo octavum. C. de testamentis. Ruinus conf. 1. vol. 2. n. 21. Vivius lib. 1. com. opin. verbo testes, Michael Grasus recept. sentent. §. testamentum, q. 57. n. 16. Menchaca de success. creat. lib. 1. §. 13. n. 57. Covarr. in cap. relatum, el. 1. n. 11. versic. Tertia conclusio de testamentis, vbi loquitur in eodem casu, quando fieri cœpit, sed ob impedimentum perfici non potuit testamentum. Et in terminis testamenti facti tempore pestis coram vnico teste, & Parrochio, Marchinus tractatu de peste part. 3. cap. 3. n. 3. Diana, part. 7. tract. 6. resol. 41. Et quod magis est, quod tabellio supplet numerum duorum testium cap. quoniam contra 12. de probationibus vbi Gloss. verbo duos viros cap. cum parati 19. de appellationibus. Ioann. Lupus in leg. 3. Tauri numer. 44. Menchaca lib. 3. §. 21. num. 18. Villadiego in l. 11. Gothorum tit. 5. lib. 2. numer. 7. Matienzus in leg. 1. tit. 4. lib. 5. Recopil. Glossa 3. numer. 6. & Glossa 7. numer. 3. & in leg. 2. sequent. Gloss. 4. numer. 5. Sebastia. Nævius in sistema